

Band X., Nr. 4208, Seite 10-11

Bischof Rudolf von Konstanz beauftragt die Plebane in Reutlingen und Tailfingen, den Werner von Aich in die Pfarrei Walddorf einzuführen.

Konstanz, 1292. Januar 8.

R. dei gratia Costantiensis episcopus dilectis in Christo . . plebanis seu viceplebanis in Rutlingen et in Talvingen salutem et sinceram in domino caritatem. Exhibita nobis viri discreti Wernheri de E¹ rectoris ecclesie in Waltdorf insinuatio patefecit, quod ipse ad presentationem Anselmi et Cunradi fratrum suorum, quibus ius patronatus ecclesie sue titulo fuit tantum pignoris obligatum a viro nobili quondam Anselmo de Schlaitdorf, per ordinarium de eadem ecclesia extitit investitus, formidans ne ex eo ipsam ecclesiam de iure posset tenere eamque canonicè possidere, cum illud ius patronatus et possessiones quibus ipsum annexum esse dinoscitur in religiosos viros . . prepositum et capitulum ecclesie in Denkendorf per eundem nobilem Anselmum de Schlaitdorf canonicè postea sit translatum, petensque a nobis humiliter et devote, ut resignationem suam, quam ad manus nostras de illa fecit ecclesia, auctoritate ordinaria vellemus admittere propter deum, ut sic saltem conscientie sue scrupulum submoveret, nos recepta resignatione sua legitime sicque ecclesia illa vacante de facto et de iure eundem Wernherum de E ex post facto ad presentationem prefatorum religiosorum prepositi et capituli in Denkendorf de eadem ecclesia Waltdorf anulo nostro investivimus eumque tenore presentium investimus mandantes vobis, quatenus ipsum Wernherum inducetis in corporalem possessionem ecclesie prenotate eumque faciatis a confratribus vestris recipi in confratrem facientes illius subditos sibi debitam obedientiam et reverentiam exhibere.

 Datum Constantie, anno domini millesimo CCXCII., VI. idus Januarii.

Der Textabdruck folgt dem Original (italienisches Perg.).

 Siegel abgegangen.

¹Aich, Aichtal, ES.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 480 U 694

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Aich Wohnplatz (555)
 Aich, Aichtal, ES
 Denkendorf Wohnplatz (319)
 Denkendorf, ES
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Neckartailfingen Wohnplatz (398)
 Neckartailfingen, ES
 Reutlingen Wohnplatz (15981)
 Reutlingen, RT
 Schlaitdorf Wohnplatz (445)
 Schlaitdorf, ES
 Walddorf Wohnplatz (16036)
 Walddorf, Walddorfhäslach, RT